

§. I.

Quaquam in dubium vocari haud possit, ut plurimum inanem locari operam in perferendam Verborum Juridicorum origine (a); attamen, cum succincta etymologiae explanatio evidentior rem subsequenti materiae intellectum praestare soleat (b) paucissima de vocibus frontispicio in scriptis praemittenda duxi; (c) quantum verò homonymiam & multifarias earum divisiones concernit, angustiores temporis limites in iis recensendis me fusiore esse nullatenus permittunt, sed ad praefixam materiam eò magis properare jubent, quò uberioribus illae à Commentatoribus passim pertractantur (d)

(a) *Fleck. Dissert. de praescription. Titul. 1. §. 1.* quoniam plerumque, dum nimia sollicitudo in evolvendâ Verborum etymologia occupatur, discussio eorum, quae utiliora sunt, negligitur, *arg. Cap. 8. X. de Verborum significat.* quod re ipsâ nihil est aliud, quam circa Corticem versari & Nucleum non Velle *Stryck. Dissert. Francof. Vol. 2. Diss. 13. Nro 1.*

(b) *ICtus Cajus in L. 1. ff. de origin. Jur.*

(c) Postulare igitur in Nativâ Significatione denotat aliquid desiderare: *Bayer in Delincat. pandect Tit. de postulan. posit. 1.* & propriè erat Judicem pedaneum à praetore petere *Gerard. Noodt ad Tit. de Jurisdic. princip. advocatus verò significat idem ac accersitus rogatus & quasi ad Causam Vocatus Lanterb. Colleg. practic. ad Tit. de postulan. §. 5.* Romani enim principio amicos, qui autoritate consilioque juvarent, advocare solebant *Conzen. Lib. 7. Polit. Cap. 24. §. 1.* Vox Procurator autem à Verbo procurare hoc est pro alio curare *Negotia derivationem suam mutuatur Wesenbec. Comment. ff. ad Tit. de procurat. Nro. 2.*

(d) *Conferat. Lanterbach. Colleg. practic. ad Tit. de postulan. §. 6. & ad Tit. de Procurator. §. 5. 6. 7. & 8. Mayer Coll. Jur. Argent. Tit. de procurat. Th. 7. Zoet. Fin. Voet & DDres passim ad Citat. Titul.*